# Mandatum ad Judm Pilsnen.

Sigismundus etc.

Famatis Advocato et Scabinis Civitatis nostrae Pilsnen. Fid.
nobis dil. grām nrām Regiam. Famati Fid. nobis dilecti Tulimus
non ita pridem decretum nrūm inter Generosos Albertum et Joan-
nem Farurore Pleripotentes successorum olim Annae Lekorscżanka
Famati Vitalis Nadziewaniecz consortis Actores et Famatos
Jacobum Textorem et Sebastianum Slatur necnon Gallum Grzego-
wiecz Cives Pilsnen. tanquam possessores bonor. pfati Nadziewa-
niecz in cau eisdem citatis per Actores occōne dotis in eisdem
bonis reformat. tum et ratione gerada per eandem olim Annam
Lekorscżanka derelicta instituta quod eisdem Actoribus intro-
missio in bona pfata in summa dotis quingentorum flor. adiudi-
cata est quod quidem decretum pro exequtione ad Judm Fid.
Vrarum remisimus Mandamus itaq. eisdem ut postequam eo
nomine ab Actoribus vel eorum Pleripotente requisiti fuerint
decretum pfatum in toto prout necessitas rei per vos iudicata
postulaverit exequantur eosdemq. Actores in bona profata
sine ulla partis citatae contradictione intromittant omnino q.
curent quatenus eidem decreto nro per omnia satisfaciat Pro
gra nra et officiorum honore debito et sub poena Mille marc. Polon.

# Commissio

Sigismundus etc.

Generosis et Nobilibus etc. Fid. nobis dilectis grām nrām Re-
giam Generosi Fid. nobis dilecti Supplicatum est nobis quod Jo-
annes Bartosowsky esset mente captus ad quem bona iure suc-
cessivo post mortem pertinebant, qui tn postea eiusmodi decessit
post cuius decessum bona non ad alium quam ad sororem germa-
nam uti post fratrem pertinere pertinerent Ut autem eo melius
de illius insipientia constari possit Fid. vris id committen. esse
duximus prout per praesentes committimus Mandantes ut habita
inter semetipsa coïntelligentia captatoq. tempore opportuno in aliquem
locum certum conveniant Inprimis diligentem inquisitionem tam
interrogatos quam etiam non agratos faciant. Utrum pfatus Jo-
annes Bartosowsky esset mente captus an non? Quod ubi
compertum habuerint partibus alijsq. quorum interest ad huic
sententiam vocatis bona omnia mlia et imlia ad pfatos coniuges iu-
re successivo pertinen. mlia quidem in unum cumulum conferri im-
mlia vero ubicunq. locorum consisten. iudicari et sic integram
haereditatem constitui et Inventarium plenum et sufficiens confici
et conscribi curent et iubeant. Deniq. auditis partium propositio-
nibus et responsis necnon visis et diligenter examinatis eorum

documentis et allegationibus divisionem bonorum dictorum omnium tam mobilium quam immobilium ad haereditatem illam pertinen(tium) et ubicunque bonorum et apud quoscunque existen(tium) inter partes praefatas legitimam faciant et quantum pro sorte et interesse cuiuslibet accidit, id cuilibet et unicuique illorum decreto suo mediante adiudicent et attribuant neque liberam eorum dispositionem authoritate nostra Regia reale et effectualiter tradi faciant et sic extremam huic negotio manum dando etiam inter partes si opus fuerit interpositis Unius vel duorum Fid(elitatum) Vestrarum absentia non obstante

# Mandatum ad eandem

Sigismundus etc.

Famatis Proconsuli Consulibus Advocato et Scabinis Civitatis nostrae Graudentinen(sis) Fid(elibus) nobis dilectis Commisimus certis Commissarijs nostris, ut divisionem certorum bonorum post Nobilem olim Joannem Bartoszowsky nobili Mathie Kostkowsky venditor(um) et resignator(um) inter Successores praefati Joannis Bartoszowsky facerent verum quoniam praefatus Joannes Bartoszowsky esset mente captus qui eadem bona nec vendere nec resignare non potuit ijsdem Commissarijs nostris permisimus ut ante divisionem diligentem de illius insipientia inquisitionem facerent quapropter Fid(elitatibus) V(estr)is Mandamus ut posteaquam per literas commissarionem nostrorum vocati fuerint coram eisdem commissarijs tam ipsi publico nomine quam etiam alij de eo negotio quibus constaret et quas partes indiquerint et pro rei exigentia sub iuramento comparea(n)t testimonium de eodem Joanne Bartoszowsky perhibeant aliaque omnia prout ratio quaecunque causa praesens et actio postulaverit. Pro gratia etc.

# Mandatum ad cons. crac.

Sigismundus etc.

Spectabilibus et Famatis Proconsuli et Consulibus Advocato et Scabinis Civitatis n(ost)rae Crac. Fid(elibus) nobis dilectis gratiam n(ost)ram Regiam. Spectabiles et Famati Fid(eles) nobis dilecti Conqueritur Famatus Martinus Zielensky Civis Crac. quod Generosus Skala contra iuris et aequitatis rationem domum lapideam ipsius propriam et haereditariam nulla praecedente cessione eidem Martino Zielensky ademerit et occupaverit. cum itaque iniquum sit quemquam possessione privari antequam iure victus sit praefatae Fid(elitati) V(estr)is Mandamus ut eundem Martinum Zielensky in bona ipsius praefata propria per praedictum Skala illi adempta reintromittant reintromittique curent neque illum molestari permittant quinimo eundem tueantur et defendant. Secus pro gratia etc.

371